2197 fuerit necesse est aut in eodem lapide, in quo fuit n. 2239, aut in iuxta posito.

HOC IN LOCO POSITA EST AQVILINA
VINTINA INFELICISSIMA PVELLA QVAE
VIXIT AN VIII M XI DIES IIII LOLLIA
VXESINA · MATER · ET · SIBI · POSVIT · QVA

Ex Cyriaci commentariis excidit post n. 185; habent Cyriacani omnes, scilicet cod. Vat. 6875 f. 76; Tragurinus f. 154; Marcanova cod. Bern. n. 428, cod. Mut. f. 178' n. 17; Ferrarinus cod. Reg. n. 17; Redianus f. 51 n. 8; Iucundus f. 190; Sanutus f. 51; Apianus 325, 3 (inde et ex Verderianis Grut. 670, 1); Manutius 5248 p. 9 ex Marcanova. Bononius syll. f. 54 utrum ex Cyriacanis traxerit an ex ipso lapide, incertum.

Subiungunt omnes titulo n. 2239 tamquam eius clausulam, nisi quod Cyriaci commentarii cum Lilio et illius finem et totum hunc omittunt, Vat. 6875 et Tragurinus utrumque recte separant, quod item fecit ex coniectura Gruterus. — 1 IN om. Red. — ET pro EST Red. — AQVILLINA Trag. Vat. 6875. — 2 VNTINA Trag., VNTINA Vat. 6875, VINTINA reliqui. — INFAELICISSIMA Red. — 3 AN Trag. Red. Iuc., ANN reliqui. — LOLIA Trag. Vat., LOELIA Bonon. — 4 VXESINA·MAR Trag. Vat. 6875, VXES... (om. INA·MATER) Bonon., A·VXESISI·MATER Iuc., AVXESINA·MATER reliqui. — 4 QVA om. Vat. Trag. adduntque: 'residuum vetustate corruptum legi non potest'; in QVA finit, addens 'lapis est abscissus' Bonon., similiter Red.

2198 Venetiis in solo ecclesiae S. Marci apud aquam benedictam RED. similiterque LIL. FELIC.; in solo chori ecclesiae S. Petri de Castello MARCAN.; utramque loci indicationem proponit SANUTUS. — Rep. cum facta est turris campanaria S. Petri de Castello TRIVISAN cum suis, temere opinor.

L · ARATRIVS · L · *l*
L · ARATRIVS · L · LI*b*
VIVVS
L L · L · DIOG
L L · L · ARRIVS

Habet Antiquus, scilicet Felicianus n. 13; Marcanova Mut. f. 178 n. 11; Ferrarinus cod. Trai. f. 52', cod. Reg. n. 12 (inde Mur. 1572, 5 ex schedis Capponiis); Redianus f. 51 n. 2; Gammarus f. 82; Lilius f. 58 (inde Reines. 19, 4 ex Langermannianis); Sanutus f. 50; Mur. 2087, 4 per com. de Cervellon ex schedis bibl. Caes. Vindobonensis male. Trivisan *lagune* ed. 2 p. 67 (a quo videntur pendere Rocco Curti f. 693 et chron. Anonymi in cod. Cicognae 2979) item ex codice aliquo opinor.

In vv. div. secutus sum Felicianum Red. Gamm. Lil. — 2 L·LIB Felic. Marcan. — Trivisan sic: L·ARATRIVS | L·ARATRIO·V | LIB | VIVVS | L·L·DI... | L·L·L·AR.

2199 Venetiis in S. Mariae matris domini OMNES; 'in petra altaris noviter reperta' addit SANUTUS; 'pro ara maxima' addit SCARD.; *nella pietra sagrata dell' altar maggiore* adiecit postea ad loci indicationem supra positam MANUTIUS. — Patavio Venetias transvectam existimat SCARDEONIUS temere.

ARIAE · Q · F · SERENAI
APOLLONIVS
LIB · ET · SIBI

Redianus f. 52' n. 28; Iucundus f. 102; Gammarus f. 35; Sanutus f. 52' et 325. Fortasse ex lapide Scardeonius p. 51 (inde auctores Patavini Orsato 1678 p. 56; Salomoni 1696 p. 365; Furlanetto p. 320 n. 375). Ab antiquis videtur sumpsisse Manutius cod. 5248 p. 2, orth. 74, 9, postea tamen ipse vidisse, cum ad locum accuratius definiendum quaedam adiecerit. Grut. 932, 6 ex Manutio et Sculteti schedis.

Vv. divisio est Manutiana. — 1 ARIE San. 325. — SERENAI·Q·F Red. Iuc. — 2 APOLONIVS San. — 3 LIB om. Gamm.

2200 Venetiis rep. 1837 in domo Molin ad S. M. Magdalenae, deinde apud negotiantem Pagliaro.

puer alatus stans — *puer alatus stans*

A R R V N
T I A E T F
S E C V N D I
NAE
A N N V I I
CLA*u*DIA SEC
VNDA · *f* I *l* I *ae*

Cicogna vidit. Habet item Ioh. Casoni in cod. Cicognae 3631.

6 CLADIA traditur. — 7 VNDANIPII Cic., VNDA rel. om. Cas.

2201 Venetiis apud Marinum Capellum. Fortasse origine urbana.

DIS · MANIBVS
C · ATEIO · ANTIOCHO
FECIT · C · ATEIVS · SYM
PHORVS · PATRONO
SVO · ET · SIBI · ET · SVIS
POSTERISQ · EORVM

Ios. Bocchi in schedis Tarvisanis; Mur. 1520, 7 ab Oct. Bocchi.

2 ATTIO Bocchi ms., ATTEIO Mur. — ANTIOHO Bocchi ms. — 3 ATTEIVS Mur. — 4 PHOPVS Bocchi ms.

2202 Venetiis in quodam rivulo prope S. Laurentium IUCUNDI AUCT. et RED. 27; in rivulo S. Iohannis Lateranensis RED. 51. — Salonis MUR. errore.

P · ATTIVS · NEPTVNALIS
HERMETI

Cyriacus n. 180 (inde Mur. 1438, 11; ex Mur. Zaccaria marm. Sal. 10, 30) cum Lilio f. 57' (inde Fabrett. 126, 42). Aliunde opinor Redianus f. 52' n. 27 et auctarium Iucundi (cod. Cicognae f. 226 n. 7; Piccartiana n. 218; ex his et ex Langermannianis, id est Lilio, Reines. 16, 5). Item aliunde fortasse Redianus f. 54 n. 51 (inde Gudius ind. XCI) eodemque exemplo Sanutus f. 50.

Vv. divisi ad Cyriacum ed. — 1 T·ATTIVS Red. 51 San. — 2 HERMITI Red. 51 San.

2203 Murani *dirimpetto alla porta nel salizzo di fuori* TEM.; in platea principis templi ZACC.

ATTIO · C · F
SALVIO
S . . . .

Temanza ms.; Zaccaria excurs. 1, 44.

2204 Venetiis in quodam rivulo apud S. Paulum RED. in ripa prope domum olim Gatamelatae ad S. Paulum SAN.

AVILLIA · A · L · F
SIBI · ET · A · AVI
P · OCTAVIO · P ·
AV

Redianus f. 52' n. 31 (inde Gud. 353, 7); Sanutus f. 51.

2205 Venetiis in solo chori ecclesiae S. Petri de Castello ANTIQ.; ad S. Petri de castello in terra MAN. — Rep. cum facta est turris campanaria S. Petri de Castello TRIVISAN cum suis sine auctore. — Male Salonis MUR.

OSSA
C · AVLI · SEX · F
IANVARI

Cyriacus in commentariis n. 183 (inde Mur. 1649, 10; ex Mur. Zaccaria marm. Sal. 10, 41) et apud Marcanovam cod. Bern. n. 426, cod. Mut. f. 177' n. 10; Felicianum n. 12; Ferrarinum cod. Trai. f. 52', cod. Reg. n. 13; Redianum f. 51 n. 7; Gammarum f. 82; Lilium f. 57' et 58; Iucundum f. 190; Sanutum f. 50'; Apianum 325, 1 (inde Grut. 903, 8). Trivisan *lagune* ed. 2 p. 67 (a quo videntur pendere Rocco Curti f. 693 et chron. Anonymi in cod. Cicognae 2979) item ex codice aliquo opinor. Ex lapide ni fallor Manutius cod. 5248 f. 44*b*.

In vv. div. secutus sum Manutium. — 1 C·AVLI plerique, L·CAVLI Cyr. in comm. (Parm.), L · CAI Cyr. comm. (ed.) et Lil. f. 57, C·AVL... Triv. — 2 fin. F om. Man. — IANVARI Cyr. (comm.) Lil. 57 Man., IANVARII reliqui.

8846 rep. Maregae prope Legnagum; est Veronae in museo civico.

IVS · T · F · ROM
ER · SIBI · ET
IO · T · F · PATRI · AC
N · CHOR · V

Descripsimus ego a. 1873, Huebner a. 1875, Bertoldi a. 1876.

3 aut AC aut AG. — 4 prima littera aut C aut G fuisse videtur; potest igitur cogitari de signifero.

8847 Veronae *vicolo S. Giovanni in Foro n. 4 nella cantina.*

*m. c*AECILIVS · M · L · ASCANIV*s*
*iiii*IIII VIR · SIBI · ET
*m. c*AECILIO · M · L · DEVTERO
MO

Carolus Cipolla descripsit a. 1873, recognovit nuper a me rogatus.

8848 in abbatia Calavena *nella cantina della canonica.*

PORCIV
IRALI
AED·L
T I
IS·
IT

Cipolla descripsit a. 1876.

8849 Veronae in theatri ruinis sub antiqua ecclesia S. Bartholomaei nuper reppererunt Figarolii.

IO · E I
ANO · VI VIR

Descripsi a. 1871.

8850 ad S. Luciam prope Veronam nuper rep., extat ibi in museo civico.

FESTI
VERON · SER
TAB

Descripsi a. 1871.

8851 Veronae inserta moenibus antiquis comprehensis domo comitum Albertini.

L · AEMILIVS · L · L
NIGER
V · F · SIBI · ET
OCTAVIAI · M *l*
NOTA*i*

Carolus Giuliari misit.

8852 cippus formae conicae in pineam finiens. Veronae inter Smaniana musei civici.

ARRVN
TIAE · T · F
SECVNDI
NAE
ANN VII
CLADIA · SEC *sic*
VNDA · NEPTI

Descripsi.

8853 Veronae antea apud Smaniam, nunc in museo civico.

*a*VTORI
ARTOR
ARTOR

Descripsi.

8854 *trovata recentemente fuori di Verona passata Porta Paglia verso S. Lucia.*

u F
*m*ANIVS · CLO
DIVS · CANDI
DVS · SIBI · ET
MAESIAE · HELPIDI
VXORI · BENE
MERENTI
QVAE · MECVM
VIXIT · ANN · XV
SINE · VLLA · QVE
RELLA
D · M

Descripsi.

8855 Montorii rep. intra prima arcis moenia in fundamentis muri vetusti.

M · CORNELIVS
CRESCENS · ET
VALERIAI · SEX · *f*
TERTIAI · ET · SIBI
IPSI
V · P

Antonius Torresani in epistula scr. 8 Febr. 1658, servata autem hodie Veronae in bibliotheca capitulari, unde mihi excerpsit Carolus Giuliari.

2 potest cogitari de VET pro ET, sed magis crediderim hoc in lapide fuisse. — 3 hiatus non indicatur.

8856 Veronae in museo civico inter Smaniana.

D M
EROS SER
DVO AVG
N ATTIE RES
TVTAE SOCR
DOMINE B
ENE MER POS
TITVLVM PO
ISCRISPI LIT *sic*
TERAS

Descripsi.

D(is) m(anibus). Eros ser(vus) duo(rum) Aug(ustorum) n(ostrorum) Attie Restutae socr(ui) domine bene mer(enti) pos(uit). Titulum po(sui?), i(n)scri[ps]i litteras.

8857 Veronae in museo civico inter Smaniana.

L · HERENNIO
SATVRNIN
SVP

Contuli descriptam a Bertoldio.

8858 Veronae rep. a. 1875 in angulo viarum *corso S. Anastasia* et *via Rosa* in fundamentis aedium Fraizzoli, servatur in museo civico.

HERMETI
EVTYCHO
SYNTYCHE
LIBERTIS

Descripserunt Huebner et Bertoldi.

8859 Veronae extabat in gradibus theatri; rep. *fabbricandosi il nuovo stabilimento delle scuole primarie comunali*; nunc est in museo civico.

MANILIA

Descripserunt Huebner et Bertoldi.

8860 Orte rep.; est Veronae in museo civico.

T · MATIVS · L · L

Descripsit Huebner a. 1875, cui visa est integra esse.

8861 Bovolone prope Legnagum rep. a. 1875.

C · NAR
L · F · F
LIVIA

Carolus Giuliarius descripsit misitque.